



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

34. De muliere, quæ è media turba B. Virginem collaudavit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

DE MVLIERE
EXTOLLENTE VO-
CEM IN TVBA,

ET
DE MATRE ET FR A-
TRIBVS DOMINI QVAE-
RENTIBVS EI
LOQVI.

MEDITATIO XXXIV.
EVANGELIVM.

*Matt. 12.
Mar. 3.
Luc. 11.
8.*

FACTVM EST cum hæc
diceret IESVS, extol-
lēs vocem quædam mulier
de turba dixit illi: Bea-
tus venter qui te portavit, & ubi-
ra quæ suxisti. At ille dixit. Quin-
imo beati, qui audiunt verbum Dei
& custodiunt illud. Adhuc illo lo-
quente ad turbas, ecce veniunt ad
illam

illum
bant f
auter
& fra
vider
le ref
est m
mei?
cuitu
manu
ce m
que e
mei,
us, &

A
mibi

C
stre
ind
lar
lia
at

illum mater eius & fratres", & stabant foris quærentes loqui ei; dixit autem ei quidam. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, volentes te videre, & quærentes te alloqui. At ille respondens dicenti sibi ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? & circumspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant, & extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse frater meus, & soror mea, & mater est.

PROPHEZIA.

AV R I S audiens beatificabat me, & *Iob. 29.*
oculus videns testimonium reddebat
mibi.

CONSIDERATIONES.

CONSIDERA quomodo CHRI. *Punct. 1.*
STVS IESVS Filius altissimi, nostre redæptionis opus aggressurus, sicut inde ab initio demonstravit se singularem humilitatis amatorem, humiliando se, & formam serui assumendo; *Phil. 2.*
atque eandem ob rem elegit patriam
hu-

Isa. 61.

humilem, pauperes parētes, societatem
 hominum simplicium; breuiter, omnis
 eius vita non fuit aliud, quàm conti-
 nuum humilitatis & paupertatis spe-
 culum: ita speciatim professus est se
 venisse ad euangelizandum pauperi-
 bus, uti dixit per Prophetam. *Pauperibus
 euangelizare misit me.* Arque eodem mo-
 do semper declarauit sibi imprimis
 placere, si à pauperibus & simplicibus
 reciperetur, agnosceretur & defende-
 retur. Quare & natus primo agnosci, &
 visitari voluit à Pastoribus, & postea in
 præsentatione sua in templo, voluit à
 simplici muliere prædicari, ab humili
 Ioanne Baptista baptizari, à simplici
 turba sermones suos audiri, à pueris
 laudari & honorari, ac denique in li-
 gno Crucis, à vili & abiecto latrone de-
 fendi, & prædicari. Itaque mirum non
 est, eum nunc passum esse, se in tanta
 turba calumniantium & illudentium,
 voce vnus simplicis mulieris defendi,
 quæ cum Saluatoris excellentiam di-
 gnis laudibus celebrare non posset, bea-
 tam cœpit prædicare eam, quæ tantum
 filium gignere meruisset. Vide quo-
 modo Dominus sua arcana & subli-
 mia mysteria cælauerit superbos, &
 patefecerit humilibus corde, conue-
 nien-

nicenter illis quæ alicubi dixit ad Pa-
 trem. *Confiteor tibi pater Domine celi & Matt. 26.*
terre, quia abscondisti hæc à sapientibus &
prudentibus, & revelasti ea paruulis. Qui-
 bus verbis æterna sapientia non aliud
 voluit indicare, quam Euangelicam
 veritatem à superbis Iudæis contem-
 ptam, & repudiatam, ab humili gentili-
 tate, cuius typum hæc mulier gessit,
 magno animi sensu recipiendâ & pro-
 fitendam.

2. CONSIDERA, quomodo, cum
 IESVS benedictus egergumenū quen-
 dam cæcum pariter & surdum à dæ-
 mone liberasset, idque miraculo tri-
 plici; nam non solum dæmonem eie-
 cit, sed visum simul & auditum eidem
 homini restituit obstupescente ob mi-
 raculi magnitudinem turba, Pharisæi
 invidia pleni cæperint factum illud
 criminari, dicentes illum non propria,
 sed Principis dæmonum virtute dæmo-
 nem expulisse: Alij verò, atque si par-
 ui facerent hoc miraculum, malitiosè
 eum tentarint, petentes vt signum a-
 liquod faceret de cælo. Vide quas gra-
 tias, quam compensationem reddide-
 rint Domino pro beneficijs ab eo re-
 ceptis: Interim mansuetissimus Iesus *4. Reg. 1.*
 non se vlciscitur, neque instar Eliæ fa-

D d cit

cit ignem de cælo descendere, quod
 tanto iustius facere potuisset, quanto
 aduersarij eius id meruerant amplius,
 & ipsemet optauerant; sed potius instar
 misericordis Medici eadem caritate,
 qua hominem illum cæcum & surdum
 à demone liberarat, conatur inimico-
 rû suorum mentibus diabolicam illam
 persuasionem eripere, & simul cæcitate
 & duritie cordis liberare. Dum er-
 go **IESVS** occupatur in acriter coar-
 guenda, sapientissimisque rationibus
 conuincenda Iudæorum malitia; ecce
 mulier obstupescens ob magnam eius
 sapientiam & constantiam, nullo vel me-
 tu deterrita, vel respectu Phariseorum,
 vel aliorû Christum circumdantiû, ei-
 que repugnantium, elata voce cepit eum col-
 laudare, dicens, Beatus venter qui te por-
 tauit, & vbera quæ suxisti, ac si diceret.
 Tam magna est dignitas tua & sancti-
 tas, tanta verborû tuorum gratia & sua-
 uitas, vt nesciam qua alia ratione præ-
 dicare laudes tuas possim, nisi beatam
 prædicando illam in cuius utero genita
 es, quæque meruit talem lacte suo nutri-
 re filium. Merito autem hæc mulier vir-
 ginis appellauit beatum: nam in illo,
 Verbum æternum, ille immensæ Ma-
 iestatis

iestatus Deus, assumere nostram carnem, homo fieri, tot mensibus habitare, crescere & nutriri voluit; post natiuitatem vero suam, eiusdem Virginis lacte pasci & sustentari. Quod si, vt cogitare fas est, felix hæc Virgo, ob hanc eximiam & singularem cum filio Dei vnionem & communiouem quadantenus deificata est, & supra omnes alias creaturas, humanam quoque & angelicam euecta; si beatus erat eius venter quod paucis mensibus secundum carnem filium Dei in vtero gestarit; quanta putamus beatitudo accesserit sanctissimæ eius animæ, in qua continenter ipse DEVS cum tanta donorum plenitudine, gratiarumque supernaturalium, habitauit? Atque hoc est quod dicere voluit sponsus in Canticis laudans sponsam suam illis verbis. *Quam pul-* *Can. 4.*
chra es amica mea, quam pulchra es absque eo quod intrinsecus latet, quasi dicere vellet; magna verè est pulchritudo, quæ oculis hominum foris conspicua est, at interna pulchritudo & beatitudo animæ suæ, quæ soli Deo conspicua est, longè excellentior est.

3. CONSIDERA, quanta sapientia mulier ista paucis verbis complexa

D d 2 sit

sit altissima misteria, Iudæorum igno-
 rantiam arguendo, & arrogantium
 Phariseorum inuidiam pudefacien-
 do: clarissimè enim tam diuinitatem,
 quàm humanitatem filij Dei confessa
 est, quam illi, existimantes eum purum
 esse hominem, impiè blasphemabant.
 Mulier verè fortis, quæ, vt quidam scri-
 bunt, fuit ancilla Marthæ, sed rectius
 fuit ancilla CHRISTI; cum enim
 videret Dominum suum virulentis
 illis linguis lacerari, tanquam ancil-
 la fidelis voluit honorem Christi &
 gloriam tueri. VERVM quid dicis
 mulier? non aduertis Phariseos, si te-
 stimonium tam illustre audiant, te
 fortè pro sacrilega condemnatos,
 & è Synagoga, vt fecerunt cæco nato,
 exterminatos? Verè prudens & cal-
 lida fuisti, quod gratiam Christi, Iu-
 dæorum fauori prætulisti, & potius
 cum CHRISTO contemni, quàm à
 populi Principibus honorari elegisti.
 O quantum refrigerij, vt credere par-
 est, misericors IESVS, in corde suo
 id temporis accepit, cum tanta ingra-
 titudine & malitia populi mæstus &
 exacerbatus, huius bonæ mulieris ver-
 bis, quasi refocillatus est, & recreatus:
 id quod apertè declarauit, quando
 omni-

Ioan. 9.

omnibus alijs relictis, vultu ad hanc suam deuotam conuerso respondit. *Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*, quasi diceret. tu beatam appellas matrem meam quod meruerit me in vtero suo gestare: & verè ita est. at ego dico, illam longè beatiorem esse, quod audierit verba mea, eaque in corde suo fideliter custodierit: imò tu quoque hac in parte beata es, quandoquidem tanta deuotione me audis, & tanto affectu suscipis verba mea & custodis.

4. CONSIDERA liberalem benignitatem & caritatem Saluatoris nostri: quod non contentus fieri homo similis nobis, habereque matrem in terra, sed, quoniam, esse matrem DEI, tam excellens donum erat, rationem & modum inuenerit, quo omnes hoc dono potiremur. Vide quantum amor nostri valuerit in pectore Saluatoris: nam cum fieri non posset, vt patrem haberet in terra, sed tantum matrem, voluit suos fideles modo quodam magis perfecto & spirituali omnes fieri matres, imò plus quam matres, quatenus plus est concipere & parturire **CHRISTVM** spiritualiter, cum fide eius verba recipiendo in corde &

D d 3 opere

Cal. 5.

opere exequendo, quam corporaliter illam concipere vel parere: sic ut nec profuturum fuerit gloriose Virgini ad salutem esse Matrem secundum carnem filij Dei, si non etiam cum vera deuotione & humilitate eum in mente sua spiritualiter concipisset. Quare beatior & felicior fuit fide concipiendo Christum in mente, quam fuerit concipiendo tantum in ventre: fides enim, que per caritatem operatur, est illa, que æternam beatitudinem meretur. Quare rectè Elizabeth beatam pronunciauit gloriosam virginem, non quia Christum concipisset, sed quia Deo credidisset. O ergo animæ deuotæ, si optatis, & desideratis peruenire ad beatitudinem **MARIAE**, agite ut concipiatis, pariatis & lactetis spiritualiter **CHRISTVM**, sicut **MARIA** eum in utero concepit, & nutriuit corporaliter. Date operam, ut concipiatis eum, audiendo libenter & cum fide recipiendo uerbum Dei; pariatis quoque, id quod audistis præstando, & bonorum operum exercitio exequendo. Denique nutrite eum & educate eum in membris suis, nempe in proximis, succurrendo illis in necessitatibus corporalibus & spiritualibus: tunc eritis uerè beati in hac uita cum

cum f
dinem
5. B
Conf
Verb
tum.
radix
lo, ex
bis co
verbi
rando
hit ad
Dei d
um, v
titudi
homo
catun
perib
Terti
Dei n
præd
dinis
N V
verba
me
non
Et
qui
dian

cum firmissima spe æternam beatitudinem perfectè consequendi.

5. *BEATI qui audiunt verbum Dei.* Considera pluribus modis auditione Verbi diuini hominem effici posse beatum. Primò quia est fundamentum & radix beatitudinis : nam, teste Aposto- *Rom. 10.*
lo, ex verbi diuini prædicatione, in nobis consequitur auditio, ex auditu verò verbi DEI oritur fides, quæ deindè operando per caritatem hominem prouehit ad beatitudinem. Secundò verbo Dei homo fit beatus, quia vnum medium, vnaque via ad consequendam beatitudinem est, quatenus eius beneficio homo disponitur ad deserendum peccatum, & ad exercendum se in bonis operibus, quorum merces est beatitudo. Tertiò, quia libenter audire verbum Dei magnum inditium & signum est prædestinationis, ac proinde & beatitudinis, vt bene significauit DOMINVS illis verbis. *qui ex DEO est Ioan. 1.*
verba DEI audit. Et alibi : *Oues meæ vocem meam audiunt, propterea vos non auditis, quia non estis ex ouibus meis.* Et quare non sint appellandi beati qui audiunt verbum DEI? cum audiant DEVM ipsum, ipsis loquen-

Psal. 93.

tem, & docentem, de quibus dixit Propheta. *Beatus quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Nam si regina Saba beatos Salomonis seruos putauit, quod digni essent audire eius sermones, quanto beatiore erunt, qui audient sermones CHRISTI, in quo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei? Vbi vides quàm sapienter Dominus in hac sola & simplice beatitudine omnes reliquas beatitudines veteris & nouæ legis comprehenderit. Nam multis & varijs de causis scriptum est vocari beatos. Similiter ipse Saluator aliàs, secundum varias virtutes, varias quoque beatitudines tradidit, vocando beatos pauperes spiritu, mites, misericordes, pacificos, mundos corde & alios, quæ virtutes omnes sicut consistunt in exequendo eo, quod DEVS vult & mandat, sic omnes aliarum beatitudines in hac vna audiendi verbum Dei, illudque opere præstandi continentur.

Matt. 5.

6. CAETERVM quid iuuat, Magistrum tuum esse CHRISTVM, verbumque eius habere vim beatificandi; quid prodest seminatore esse bonum, & semen esse perfectum, si cor tuum sit quasi petra, & terra spinis ple-

plena distractum, obliuiosum, affectibus terrenis, & mundi curis obnoxium, ita vt diuinum hoc semen in eorum radices agere nequeat, & beatitudinis fructum referre? Vnde sapientissime Dominus post verba, *Beati, qui audiunt verbum Dei. Subiecit, & custodiunt illud,* id est, opere præstant: sicut in alio loco clarius alloquens suos discipulos indicauit. *Si hæc scitis,* inuens, *beati eritis si feceritis ea.* Et hoc est signum, quo Saluator cognosci voluit veros suos amatores. & amicos, sicut ipse dixit. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego precipio vobis.* Ad quod exhortans quoque eius Apostolus dixit. *Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos.* Et recte dicit, nam qui multa audiunt, & parum faciunt, quando ad extremum putabunt se multum collegisse, deprehendent se oleum & operam perdidisse, vti de talibus dixit Propheta, *Seminastis multum, & intulistis parum, & qui mercedes congregavit, misit eas in seculum pertasum.* in quem quantum iniicitur, tantum elabitur. Eiusmodi sunt omnes qui audiunt verbum DEI & non custodiunt.

Ioan. 13.

Ioan. 14.

& 15.

Iacob. 1.

Agg. 1.

Dd 5 7. DVM

7. DV M hæc diceret IESVS, mo-
 nitus est à quodam , matrem & fratres
 foris stare quærentes eum videre & al-
 loqui. Fieri potest, vt aliqui volunt
 MARIA IESV matre , quæ ordi-
 nariè comitabatur filium ad seruien-
 dum ei in necessitatibus , hac hora vnà
 cum nepotibus, qui erant Saluatoris
 consobrini , adueniente , malignos
 quosdam Iudæos à CHRISTO re-
 prehensos arrepta hac occasione ser-
 monem Domini indecorè interrup-
 se, & per ludibrium dixisse. Tu qui
 maiorem te Salomone facis, Ionæ
 Prophetæ antefers, & gloriaris te esse
 filium Dei de cælo delapsum, ecce ra-
 dicem tuam quam habes in terra, en-
 pauperculem matrem & fratres qui te
 quarunt. Potest quoque fieri id non
 factum fuisse ex malitia , sed M A-
 RIA M matrem voluisse reddere cer-
 tiorem I E S V M de suo aduentu
 quod uti erat humilis & verecunda,
 non auderet per mediam hominum
 turbam in domum irruere, & alloqui
 filium. Iam quid facies, bone I E-
 SV, dum hinc caritas te vrget ne in-
 choatum pro salute animarum ser-
 monem abrumpas, illinc matris amor
 postu-

Matt. 12.

Ioan. 6. 10.

postulet, vt omnibus relictis mox eam
 adeas, quæ tanto desiderio te expectat.
 Verum, quantus, bone DEVS, erat ze-
 lus, quo ardebat erga salutem nostram
 pectus benedicti IESV? Verè multum
 amabat & venerabatur matrem suam,
 sed magis amabat & desiderabat homi-
 num salutem, pro quorum amore vo-
 luit ab hac matre carnem assumere, &
 denique vitam pro eisdem profunderè.
 Quare mirum non est, illum à matre vo-
 catum, prædicationis officium inter-
 rumpere noluisse, præferens spiritua-
 lem vtilitatem suæ Ecclesiæ, priuatæ
 vtilitati & consolationi matris suæ.
 Vnde bene respondit. *Quæ est mater
 mea, & qui sunt fratres mei?* extendens
 manum in discipulos suos dixit. *Ecce
 mater mea, & fratres mei,* ac si diceret, An
 nescitis quænam sit mater mea, & qui
 fratres mei: certe non illi solum, qui
 carne mihi sunt coniuncti, sed etiam,
 qui amore meo accensi sua prædicatio-
 ne bonoque exemplo pariunt in pro-
 ximorum cordibus, nec non illi, qui ob-
 sequentes voluntati Patris mei, mecum
 erunt cohæredes in cælo. Hi verè sunt ma-
 tres meæ, & fratres mei. Vide quàm pru-

denter Dominus dissimulet se cognoscere matrem, indicetque se impensius amare sibi cognatione spiritali coniunctos, quàm proprios parentes. Id quod non fecit, quasi maternæ caritatis officia minùs illi grata essent; nam ipse mandârat, vt vnusquisque honoraret patrem & matrem suam, sed quod

Exod. 20.

affectui materno voluerit anteponendum cultum & gloriam cælestis Patris. Itaque exemplo demonstrauit, quod verbaliter docuerat, dicens. *Qui amat Patrem vel matrem, plus quàm me, non est me dignus.* Non igitur contemnebat, vel verecundabatur humilis IESVS humanam vel carnalem cognationem sed tantum spiritalem voluit præferre carnali, & amorem ac seruitium DEI præferre amori parentem.

Luc. 14.

3. CONSIDERA denique verba illa consolationis plena ad omnes fideles, quæ subiunxit Dominus dicens. *Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, is frater meus, soror & mater est.* O singulare decus & vim incredibilem virtutis, quæ hominem ad tam excelsum gradû euehere possit, vt apud Deum creatorem suum obtineat locû matri, & fratris. O quot sunt, qui ad-

admirentur felicem hanc virginem, quod meruit concipere filium Dei, & beatum prædicat sacrum verum in quo inclusa fuit rotius diuinitatis plenitudo. Sed quis vetuit, vt ne ad hanc dignitatem aspirarent? Ecce Dominus ipse demonstrat viam rectam, qua perueniamus, non solum ad hunc, verum etiam ad multò sublimiorem gradum. Multo enim coniunctiores Deo sunt, qui faciunt eius voluntatem, quam qui cognitione secundum carnem eum attingunt. Quid non faceret homo, si sciret in potentate sua esse, fieri fratrem Imperatoris vel Regis: at quanto excellentius est esse fratrem Regis gloriæ, & cæli hæredis? & tamen si esse volumus, id in manu & potestate nostra Dominus posuit. Dignitas verè magna, & misericordia inæstimabilis, hominem miserum vocari matrem & fratrem Domini, qui nõ erat dignus vocari seruus. Quod donũ ineffabile, cum non possimus comprehendere, conemur saltem dignè reuereri, omni studio curando ne degeneremus, vel per aliquam peccati turpitudinem, tãto nomine indigni iudicemur. Conseruemus in nobis bonitate vitæ & morum hanc singularem gratiam, quã Dominus nobis impertiuuit, ne non ag-

no-

noscendo, vel non magnificando tantum honorem, reputemur similes bestijs ratione destitutis.

COLLOQVIUM.

ORabis CHRISTVM Dominum, quoniam beatos appellat audientes verbum Dei, idemq; custodientes: tibi gratiam largiatur semper illud cum devotione audiendi, & opere implendi, quicquid tibi in illo imperarit, atq; etiã amorem sui, omneq; diuini seruitij opus præferendi alteri cuiuscunq; affectui, & huius mundi rebus: sic vt perfectè obsequendo voluntati Patris sui qui est in cælis, merearis ad extremum seruus eius, & regni cælestis coheres fieri.

DOCUMENTA.

1. **C**HRIſTUS vocat beatos, qui audiunt & custodiunt verbum Dei, vt intelligamus, vt sumus beati, non satis esse audire verbum Dei hoc est, credere, nisi opere quoq; præstemus. Sicut & **C**HRIſTUS non vocauit fratres suos, vel matrem suam eos, qui tantum sciunt, sed qui etiam faciunt voluntatem Patris sui.

2. Hec mulier, interea dum Scriba & Pharisei tentant & criminantur **C**HRIſTUM,

STVM, remoto omni timore elata voce in presentia omnium incipit eum laudare, ad confusionem multorum Christianorum, quidam audiunt blasphemias laedi nomen Dei, magnaque iniuria & contumelia affici, ne os quidem aperire audent, sed transeunt, atque si ad eos non pertineret diuini nominis patrocinium.

3. Euangelium ait, Matrem & fratres Christi stetit foris, ad significandum homines Ecclesiasticos & religiosos debere efficere, ut eorum parentes & cognati stent foris, hoc est ab ijs, quantum fieri potest, remoti, si non loco, saltem corde, quantum ad affectum carnis. Solet enim demon maxime Praelatis, procurare magnam cognatorum turbam, ut nimio affectu, quo erga illos feruntur, eorum sanctitatem obscuret, & auxilium, fructumque animarum impediat.

4. *CHRISTVS* monitus, Matrem & fratres exposcere suum alloquium, non tamen praedicationem suam interrupit, vel omisit; praebens nobis exemplum, ut in bonis operibus inchoatis perseveremus, nec aliquo respectu hominum vel temporalis commodi praetermittamus: Frustra enim incipit aliquis ieiunare, orationi se dare, vivere pie, vel seruire Deo in statu religioso, si postea acquiescens mundi carnisque suggestionibus resiciat retro, & sanctam vitam inchoatam deserat: cum dixerit Dominus, cum qui ma-
num.

num miserit ad aratrum, & respexerit retrò,
non esse aptum regno Dei.

3. *CHRISTVS* vocauit fratres suos, &
matrem qui faciunt voluntatem Patris sui, vt
nos doceret, non esse ex solo timore pœnæ, vel
spe præmij seruitendum Deo, more mercenario
rum, sed amore filiali, velut mater seruit filio,
& frater fratri.

6. *CHRISTVS* declarauit se plurius facere
illos, qui spiritu sibi coniuncti erant, quam pro-
prios parentes secundum carnem; vt intelli-
gamus, ne minem debere nimium confidere in
sanctitate suorum parentum, si ipse bonus non
sit, & voluntatem diuinam prestare negli-
gat; potest enim fieri vt parentes sint magni
sancti in celo, ipse verò detrudatur in infer-
num.

7. Ex hoc *CHRISTI* facto discimus res
spirituales anteponendas temporalibus, sic, vt
neq; propter parentes vel cognatos, vel alia de
causa prætermittamus, quod iudicamus ad cul-
tum Dei & anime nostræ salutem pertinere.
Vnde quoq; haurimus, quanta reprehensione
digni sint ecclesiastici & religiosi, qui dum
vacant orationi, vel diuinum officium reci-
tant, illud ex quavis leui causa interrumpunt,
vel imperfectum relinquunt.

QVO.